

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

XLI. Concessio Privilegiorum omnium Universitatum Regni Galliarum pro
duabus Facultatibus Oppidi Palen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

bus pro plene, & sufficienter expressis, inser-
tis, ac servatis respective habentes, hac vice
dumtaxat, illis alias in suo labore perman-
saris, ad præmissorum effectum specialiter, &
expresse derogamus, ac derogatum esse volu-
mus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Alia clausu-
la.

S. 9. Ut autem præsentes Literæ ad omnium
notitiā facilius deveniant, & nemo illarum
ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu
earum exempla ad valvas Ecclesia Lateranen-
sis, & Basilice Principis Apostolorum, necnon
Cancellariae Apostolicae, Curiæque generali in
Monte Citorio, ac in Acie Campi Flora de
Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sic
que publicatas, & affixas omnes, & singulos,
quos illæ concernunt, perinde arctare, & af-
ficere, ac si unicuique eorum nominatim, &
personaliter intima fuisse: utque ipsarum
præsentium Literarum transumptis, seu exem-
plis etiam impressis, manu alicuius Notarii
publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ
in Ecclesiastica Dignitate constitute munitis,
eadem profus fides, tam in Judicio, quam
extra illud, ubique adhibetur, quæ ipsis præ-
sentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel
offensæ.

S. 10. Nulli ergo omnino hominum licet
paginam hanc nostra confirmationis, appro-
bationis, innovationis, reintegrationis, decre-
ti, declarationis, statutorum, voluntatum,
mandatorum, Constitutionis, assignationis, præ-
cepti, & derogationis infringere, vel ei au-
tem temerario contraire; Si quis autem hoc atten-
tare præsumperit, indignationem Omnipotenti-
tis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Aposto-
rum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno
Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. nonis
Martii Pontificatus Nostræ Anno Primo.

P. M. Card. Prodato.

XLI.

Conceduntur duabus Facultatibus utriusque Ju-
ris, & Artium liberalium in Oppido Palen,
Provinciae Bearnæ nuper erætis Privilegia om-
nia Universitatibus Studiorum Generalium Re-
gni Galliarum concessæ; ac pariter Studenti-
bus, & ad gradus Scholasticos in eis promo-
tis.

*Inn. XIII. Conf. ed. 1721. Maij 9. P. 1. Confir-
matur, & innovatur concessio Privilegiorum Uni-
versit. Stud. gen., & Collegio Doctorum Civit.
Urbini a Clem. XI. facta. Et hujus Conf. ed.
1727. Jul. 1. P. 4. erigitur Universitas Studio-
rum in Civitate Camerinensi.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*Dat. 13. Mar-
tii 1725. An-
no I.

Duas facul-
tates prædi-
cas nuper
erætas fuisse
refertur.

Nuper pro parte Charissimi in Christo filii
Nostræ Ludovici Francorum Regis Chri-
stianissimi Nobis expositorum fuit, quod cum di-
lecti filii Clerus, & Populus Provinciae sua Bear-
næ ei exposuerint grave incommodum, & dis-
pendium quod Incolæ Provinciae prædictæ in
amandandis Juvenibus ad Studiorum Genera-
lium Universitates utpote multum inde dissitas
sentiebant, ipseque Ludovicus Rex eorumdem
Incolarum commoditatibus, ac utilitati pro-
spicere cupiens erectioni duarum facultatum in
Oppido Civitate nuncupato Palen, quod di-
cta Provincia caput existit, utriusque nempe
Juris Canonici, & Civilis, ac Artium libera-
lium assensum suum præbuisset, quæ postmo-

dum inibi eræta, & instituta fuerunt; Nunc
autem memoratus Ludovicus Rex duabus fa-
cilitatibus sic erætis prærogativas Universita-
tibus Studiorum generalium intra Regni sui
Galliarum fines consistentibus concessas imper-
tiri, eos vero, qui eisdem facultatibus pro
tempore studuerint, ac exæsto Studiorum cur-
sa ad Doctoratum, aliove gradus Scholasti-
cos in utroque, vel altero Jurium prædictarum
promoti fuerint, eisdem Privilegiis quibus in
ipsis Universitatibus Studiorum generalium di-
cis facultatibus vacantes, aut ad Doctoratum,
gradus, & Magisterium hujusmodi in eis pro-
moti ex concessionibus Apostolicis fruuntur,
donari, ac similiter frui posse plurimum deside-
ret. Nobis propterea idem Ludovicus Rex humi-
liter supplicari fecit, ut in præmissis opportune
providere, & ut infra indulgere de benignitate
Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Lu-
dovici Regis votis hac in re quantum cum
Domino possumus favorabiliter annuere volen-
tes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de
Venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridenti-
ni Interpretum, qui narrata attenderunt, con-
flio, petitum Indultum auctoritate Apostoli-
ca, tenore præsentium concedimus, & imper-
timur, itaut qui supradictæ juris facultati stu-
duerint, quive Doctoratum, Baccalaureatum,
aliove gradus Scholasticos servatis servandis
in eodem jure receperint, omnibus, & singu-
lis Privilegiis etiam habilitationis ad Beneficia
Ecclesiastica assequenda, quibus alii, qui juri
student, aut dictos gradus in præfati Regni
Galliarum, & signanter Tholofan. Studiorum
generalium Universitatibus recipiunt ex qui-
busvis concessionibus Apostolicis quomodolibet
utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti,
frui, & gaudere possunt, & poterunt in futu-
rum, pari modo, & absque ulla prorsus differ-
entia uti, frui, potiri, & gaudere debant, &
valeant.

S. 1. Decernentes ipsas præsentes literas fir-
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suos
que plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tem-
pore quandocumque spectabit plenissime suffra-
gari, & ab eis respective inviolabiliter obser-
vari: Sicque in præmissis per quoscumque Judi-
ces Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum
Palatii Apostolici Auditores judicari, & defini-
ri debere, ac irritum, & inane, si secus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

S. 2. Non obstantibus Apostolicis, ac in
universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus
Concilii editis generalibus, vel specialibus
Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoli-
cis, necnon quatenus opus sit, quibusvis etiam
Juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetu-
dinibus; Privilegiis quoque, Indulgis, & Lite-
ris Apostolicis in contrarium præmissorum quo-
modolibet concessis, confirmatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores
præsentibus pro plene, & sufficienter expre-
sis, ac ad verbum insertis habentes illis alias
in suo labore permansurs ad præmissorum ef-
fectum hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
presse derogamus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annu-
lo Piscatoris die XII. Martii MDCCXXV. Pon-
tificatus Nostræ Anno Primo.

Confirmatur

Concessio
privilegio-
rum prædi-
ctorumClauile
cum deroga-
toris.

ANNO
1725.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

147 ANNO
1725.

XLI.

Confirmatur Constitutio Sixti V., qua, juxta declarationem Pii V. hac super re, decernitur, ut omnes obtinentes Commendas, & Beneficia Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani ad solutionem jurum communis Aerarii praedicti Hospitalis teneantur.

Dicitur Sixti V. Constitutio hic inserta edita fuit 1585. Maii 1. P. I.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat 21. Mar.
tii 1725. An.

Exordium.

Ad Pastorale fastigium meritis licet imparibus Divina dispositione enecti, ea, quæ de Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, & Apostolicae Sedis benignitate in favorem Militiarum, & Hospitalium quoruncunque ad Omnipotentis Dei gloriam, suæ Ecclesiæ Sanctæ exaltationem, illius vero hostium profligatione pie, provideque institutorum processerunt, quo majoris validitatis munimine subsistant Apostolicæ confirmationis patrocinio, cum id a Nobis peritut confitabilius.

S. i. Dudum siquidem fe. re. Sextus PP. V. Praedecessor Noster omnes, & singulos Prioratus, Bajulatus, Castellanias, Praeceptorias, & alia Beneficia, & pensiones Militia S. Joannis Hierosolymitani, etiam ex Sedi Apostolicae provisione obtinentes ad solutionem jurum communis Aerarii Hospitalis dicti Sancti Joannis Hierosolymitani omnino teneri, Receptoresque ejusdem Hospitalis, fructus, redditus, & proventus ejusmodi Praeceptoriarum, & Beneficiorum propria auctoritate exigere, ac illorum possessionem apprehendere, ac de illis disponere posse decrevit, & declaravit per suas defuper literas in simili forma Brevis in forma ratione congrua expeditas, tenoris qui sequitur videbilecet -- Sextus PP. V. Ad perpetuam rei memoriam. Aequum arbitramur, & congruum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu literæ defuper confessæ non fuerint suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem feliciter re. Pius PP. V. Praedecessor Noster sollicita considerationis indagine perscrutans quantis periculis, quantisque bellorum turbinibus tunc agitata fuerat Insula Melevitanæ, menteque recolens quam indefesse, & viriliter dilecti filii Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Milites in illa a Christianæ fidei hostibus defendenda se præstiterant. Dignum quin potius debitum reputavit, ut ea, quæ a Romanis Pontificibus illis liberaliter concessa fuerant, non solum confirmationis sua munimine roborentrant, verum etiam illa, quæ suam utilitatem, & commodum concernerent, si minus generaliter facta viderentur, ita extenderet, ut propter illa omnis imponeretur dubitandi materia tolleretur. Accepto igitur per eundem Praedecessorem, quod licet alias stabilimenti, usibus, & naturis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani hujusmodi, seu Privilegiis, Indulsiis, & Literis Apostolicis eidem Hospitali, & dilectis filiis illius Magistro, & Conventui concessis expresse cautum fuerat, quod etiam Apostolica auctoritate etiam per resignationem in manibus pro tempore existentis Romani Pontificis factam provisi, ac provisiones, Commendas, seu alias dispositions etiam Apostolicas de Praeceptoris, seu aliis Beneficis dicti Hospitalis sibi pro tempore factas profe-

queores certa jura vacantia, seu mortuaria, aut alias nuncupata forsan duplicita communi Hospitalis praedicti Thesauro, seu alias persolvere, ac quedam alia tunc expressa onera subire tenerentur. Quodque de redditibus, & proventibus hujusmodi Praeceptoriarum primo, & secundo, ac forsan aliis annis provenientes disponere, seu illos percipere minime possent, sed illi dicto Thesauro, ac alias in usum, & utilitatem Hospitalis, ac illius Militum, seu Mensæ applicari, pro illius necessitatibus sublevandis, ac tuitione fidei adversus Turcas Christiani nominis hostes distribui deberent, ac insuper, Prioratus, Bajulatus, Castellanias, Empostas, Praeceptorias, & alia illius Beneficia quæcumque pro tempore qualitercumque obtinentes, certas responsiones, ac ordinarias, & extraordinarias impositiones eidem communii Thesauro annis singulis solvere tenerentur, ipsique Prioratibus, Bajulatibus, Castellaniis, Praeceptoris, & Beneficiis per obitum, seu resignationem etiam in manibus praedicti Romani Pontificis, aut alias quomodolibet pro tempore vacantibus illorum fructus, redditus, & proventus, si per resignationem, juxta vero novam reformationem usque ad Festum Sanctorum Jacobi, & Philippi de mense Maii, ex tunc immediate sequentis pro mortuario, & vacantibus ab eodem Festo usque ad aliud proximum ejusdem Sancti Joannis Baptiste, seu ut prefertur Sanctorum Jacobi, & Philippi de dicto mense respective eidem Thesauro cederent. Cum tamen sœpe contingere nonnullorum petentium ambitionem, ita se extendere, ut Sedi Apostolicae liberalitate non contenti, etiam ea, quæ in magnum dictæ Religionis præjudicium tendere conspiciebant a Sede praedicta extorque, Romanumque Pontificem ob ejus innumeræ occupations ad aliquas gratias sibi concedendas impellere non erubescerent, quas si plene cognovisset, eas profecto illis non concessisset. Attendens itaque dictus Praedecessor quanta, & quam gravia discrimina dicta Insula passa fuerat, & quam graves Magister, & Conventus praedicti tam in illa defendenda, quam in Civitate nova per eos constructa munienda, & reparanda subierant expensas, & incommoda, quod si ipsi, qui pro expensis hujusmodi supportandis certa jura, quæ super quibuscumque dicti Ordinis Prioratibus, Bajulatibus, Castellaniis, Praeceptoris, & aliis Beneficiis praedictis exigere consueverant, ab iliorum exactione desisterent, illorum vires non parum debilitarentur, consideransque quod postquam pia me. Pius PP. IV. etiam Praedecessor Noster, tunc suus, unam Sancti Jacobi in Platea Nursæ Spoletanæ, & alteram Sanctissimæ Trinitatis Tudertinæ, respectice Diœcesis dicti Hospitalis Praeceptorias tunc certo modo vacantes tunc dilecto filio Simoni Brombilla Clerico Bergomen. sub certis modo, & forma commendaverat, & seu de illis per suas literas providerat, dictusque Simon sub earumdem, seu aliarum literarum praetextu per quas stabilimenti, usibus, naturis, Privilegiis, & Indulsiis praedictis per eundem Pium IV. Praedecessorem derogatum esse prætendebat, fructus earumdem praecitoriarum, & jura illarum ratione dictæ communii Thesauro, ut præfertur debita, solvere, & relaxare recusaverat, & recusabat; eundem Pium IV. Praedecessorem Motu proprio, non ad Magni Magistri, aut Conventus, seu Hospitalis Fratrum prædictorum sibi pro eis defuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex suis certa scientia, & Apostolicae potestatis plenitudine per suas in simili forma Brevis defuper confessas literas declarasse per derogationem hujusmodi.

Deinceps vero nonnullos, cum contraria Privelegia a Sede Apostolica extorserint, praedicti jura etiam Thesauro solvere recusaverunt.

Constitutio
praedicta Six-
ti V.

Jampridem
stabilimenti,
seu Pri-
vilegiis Apo-
stolicis cau-
rum fuisse re-
fertur, ut
Commendas,
alioquin Be-
neficia dicti
Hospitalis
obtinentes,
jusdem The-
sauro certa
jura solvere
tenerentur.

Bullarii Romani Contin. Pars VII.

N 2

di ali-

Quibus de
causis primū
praedictis
omnibus de-
rogatis, nul-
lum eidem
Thesauro
præjudicium
afferriri velle
declaratum
fuit.